

- LXXII. Rationi congruit ut succedat in onere qui substituitur in honores.
- LXXIII. In argumentum trahi nequeunt, quae propter necessitatem aliquando sunt concessa.
- LXXIV. Nemo potest plus iuris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur.
- LXXV. In toto partem non est dubium contineri.
- LXXVI. In generali concessione non veniunt ea, quae quis non esset verisimiliter in specie concessurus.
- LXXVII. Qui contra iura mereatur bonam fidem, praesumitur non habere.
- LXXVIII. Bona fides non praesumitur, ut semel exactum iterum exigatur.
- LXXIX. Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.
- LXXX. Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur.
- LXXXI. Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputari.
- LXXXII. Infamibus portae non pateant dignitatum.
- LXXXIII. Certum est quod is committit in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem.

PRODROMUS CANONICI IURIS

Definitiones.

A iustitia vel a iubendo deductum est.	Vocabulum ius
Pro lege, iudicis sententia, loco in quo iudicatum fertur, vinculo necessitudinis, morali facultate aliquid agendi, debito iustitiae, arte et scientia boni et aequi.	Ius a iuriseconsultis ambigue ponitur
Quod iustum ex lege et ratione emergit.	Ius vere est
Certo certius Deum habet auctorem.	Ius divinum
Homines habet auctores, quos Deus in Ecclesia et Republica legum latores constituit. « Per me reges regnant... et potentes decernunt iustitiam ».	Ius humanum
Est ipsa voluntas Dei hominibus per rectam rationem promulgata, praecipiens intrinsece bona et prohibens intrinsece mala sub premii et poenae sanctione.	Ius naturale a natura procedens
Deum cole. Declina a malo et fac bonum. Quod tibi non vis fieri alteri ne facias, et vicissim.	Iuris naturae primariae praecepta
Voluntas Dei hominibus per revelationem promulgata, qua agnoscimus quaedam esse facienda quia praecepta; et quaedam esse fugienda quia prohibita.	Ius divinum positivum est
Est quod a Deo populo hebraeorum datum in Veteris Testamenti libris continetur.	Ius divinum positivum vetus
Est quod a Iesu Christo Salvatore nostro, omnibus gentibus datum in Novi Testamenti codice et in traditionibus apostolicis continetur.	Ius divinum positivum novum
Nempe caeremonialia, iudicialia et moralia.	Ius divinum positivum Vetus triplicis generis habet praecepta

Praecepta caeremonialia	Divini cultus tempus, modum et ritum determinant.
Praecepta iudicialia	Sunt quae ad politicum Reipublicae regimen et ad iustitiae administrationem, tam in causis civilibus quam criminalibus pertinent.
Praecepta moralia	Sunt quae ad mores regendos et informandos referuntur.
Ius civile	Ad temporalem in terris felicitatem obtinendam constituitur.
Ius ecclesiasticum	Ad aeternam in coelis beatitudinem, et temporalem in terris felicitatem assequendam dirigitur.
Iurisprudentia ecclesiastica mixta est ex sacra Theologia et iure civili.	De Luca aiebat: legistam sine canonibus imperfectum iudicem esse: et canonistam sine legibus nihil valere. Lucius Papa III: Sicuti leges non dedignantur sacros canones imitari, ita et sacrorum instituta canonum principum constitutionibus adiuvantur.
Ius ecclesiasticum aliis nominibus distinguitur.	Ius pontificium, ius sacrum, ius divinum improprie et demum ius canonicum.
Canon graeca vox est	Quae latine regula sonat.
Ius canonicum defini potest	Ius positivum humanum ex divino derivatum, et ex sacris canonibus conflatum ad iustitiam temporalem in terris aeternamque in coelis christianis tribuendam.
Iuris canonici praecipuae fontes	Ad tria capita revocantur, nimirum, ad constitutiones SS. Pontificum: ad conciliorum decreta et ad SS. Patrum sententias.
Ius canonicum scriptum	In legibus est quae promulgantur.
Ius canonicum non scriptum	In traditione et consuetudine, quae non promulgantur, continetur.
Ius canonicum commune	Quod ad omnes obligandos fideles conditum est.
Ius canonicum particulare	Quod pro una Dioecesi aut Provincia est constitutum.
Ius canonicum publicum	Quod ad regimen sive statum Ecclesiae universae refertur.
Ius canonicum privatum	Quod ad singulos fideles tamquam Ecclesiae membra respicit.

Quod est in corpore iuris.

Ius canonicum clausum

Quo est extra iuris corpus.

Ius canonicum vagans

Ius positivum humanum ex aequitate derivatum, et ex legibus auctoritatum saecularium, ac moribus hominum conflatum ad rectam Reipublicae gubernationem.

Ius civile defini potest

De corpore iuris canonici.

Est vetus ius ecclesiasticum.

Leges quae praecedunt compositionem corporis iuris.

Est ius ecclesiasticum medium.

Leges quae in corpore iuris continentur.

Ius ecclesiasticum novum efformant.

Leges quae iuris corpus sequuntur.

De quorum auctore, numero, et auctoritate satis non constat.

Collectio canonum Apostolicorum.

Quae cum ab Adriano I Carolo Magno Francorum Regi tradita esset, Adrianea appellata fuit.

Collectio a Dionysio Exiguo adornata fuit saeculo VI.

Quae cum plurima falsa veris consarcinata contineret, merito ut apocrypha reiecta fuit.

Collectio ab incerto quodam Isidoro Mercatore, sive peccatore saeculo IX evulgata.

Nempe: Gratiani Decreto, Decretalibus Gregorii IX, Sexto Decretalium Bonifacii VIII, Clementinis Clementis V, Extravagantibus Ioannis XXII, et Extravagantibus communibus.

Ius medium ecclesiasticum sex partibus constat

Quarum prima continet distinctiones centum et unam in canones distributas; secunda causas triginta sex continet in quaestiones et canones divisas; et tertia continet quinque distinctiones in canones partitas et inscribuntur: De consecratione; et in causa trigesima tertia, post tertiam quaestionem adest tractatus De poenitentia, qui septem distinctiones ha-

Decretum Gratiani in tres dividitur partes.

bet. Huic codici accesserunt canones poenitentiales et canones Sanctorum Apostolorum.

Decretum Gratiani
efformatum fuit

Ex constitutionibus SS. Pontificum, decretis conciliorum generalium et particularium, ex sententiis SS. Patrum, ex legibus civilibus Romanorum, ex resolutionibus ipsius Gratiani, et ex canonibus qui inscribuntur Palea.

Decretalium Gre-
gorii IX compi-
lato.

Ipse Gregorius canones et decretales in sua compilatione contentas suas fecit, unde est codex authenticus et Apostolica auctoritate munitus, et quinque constat libris, et libri distribuuntur in titulos, et tituli in capita.

Liber Sextus De-
cretalium Boni-
facii VIII.

Acta duorum conciliorum generalium Lugdunensium et praecedentium a Gregorio IX, Pontificum decretales epistolas comprehendit, et legis universalis auctoritatem a Bonifacio VIII obtinuit.

Clementinae.

Auctorem habent Clementem V eiusque constitutiones et acta concilii generalis Viennensis completuntur et a Ioanne XXII successore Clementis promulgatae fuere.

Extravagantes
Ioannis XXII.

Bullas 20 Ioannis XXII complectuntur in quatuordecim titulos distributas.

Extravagantes
communes.

Bullas aliorum Pontificum in dictis compilationibus non comprehensas, et in quinque libros distributas continet et a SS. Pontificibus non sunt approbatae duae huiusmodi collectiones.

Ius novissimum
constituunt.

Septimus Decretalium, Bullarium Magnum Romanum et Bullarium Benedicti XIV authenticum.

Post Ioannem
XXII plura con-
cilia generalia
habita fuerunt.

Ut est Florentinum, Lateranense, Tridentinum, Vaticanum.

Ad leges ecclesia-
sticas referuntur

Declarationes Sacrarum Congregationum, Regulae Cancellariae Apostolicae et Concordata.

Declarationes sa-
crarum et ma-
xime Concilii
Tridentini Con-
greg.

Emittuntur ad legem anteriorem interpretandam, extendendam et ad privata negotia definienda.

Concordata.

Sunt indulta sive compositiones factae inter SS.

Pontifices et Principes saeculares super iurium differentiis exortis inter utramque potestatem.

Dici solet: historia concordatorum historia doctorum.

Concordata in se
infausta sunt Ec-
clesiae.

De Ecclesia Catholica.

Habuit sanctos, sacerdotes, populum electum qui in ecclesiis et synagogis ad legem Moysis addiscendam, et orandum congregabantur.

Vetus Ecclesia.

Perfecta in plenitudine temporis a Iesu Christo fundata fuit et a Spiritu Sancto edocta, Christiana a nomine Christi et Catholica quia universalis.

Nova Ecclesia.

Latine sonat coetum hominum christianae fidei professione, et eorumdem sacramentorum communione colligatum sub regimine legitimorum Pastorum, ac praecipue unius in terris Christi Vicarii Romani Pontificis.

Vocabulum grae-
cum Ecclesia.

Una, Sancta et apostolica.

Ecclesia catholica.

Propter eandem fidem, Sacramentorum communionem, et subiectionem Romano Pontifici.

Ecclesia catholica
est una

Quia est opus divinum in sua institutione et conservatione, in fine institutionis et mediis ad finem ordinatis.

Ecclesia catholica
est sancta.

Quia sub Petro Capite Apostoli, a Spiritu Sancto edocti, eam gubernarunt et praedicarunt; et successores a Deo electi et missi per Christi Vicarium adhuc eam gubernant.

Ecclesia catholica
est Apostolica.

Ex divina institutione et ad regnum coeleste disponens.

Ecclesia catholica
est regnum.

In qua adest cathedra infallibilis veritatis.

Ecclesia catholica
est schola

In quo verum sacerdotium et vera religio completur.

Ecclesia catholica
est templum

Regnabit in domo Iacob. Regnum eius quod non corrumpetur. Qui fecit nos regnum. Habet summum imperium Ecclesiae proprium, et ab aliis omnino independens, assignatum pro ditone sua universum

Ecclesia catholica
est regnum et
monarchia.

mundum, societatem hominum inaequalium ubi sunt qui regunt et reguntur, leges, magistratus, collegiales in conciliis, iudices in episcopis; et monarchicum quidem est hoc regnum, nam D. Petro a Domino Iesu Christo datum fuit in universam Ecclesiam et super omnes fideles et Pastores principatum dignitatis et honoris; Apostolis administratio data fuit sub reservatione confirmationis Petri. « *Confirma fratres tuos* ».

Ecclesia catholica est societas perfecta.

Ecclesia catholica est societas visibilis divino-humana.

Ecclesia catholica est schola.

Doctrinae magistrum Ecclesia exerceat per episcopos.

Episcopi singillatim sumpti

Episcopi simul uniti in concilio generali cum eorum capite Romano Pontifice Supremum doctrinae magisterium soli Petro eiusque successoribus competit.

Praerogativa infallibilitatis est D. Petri eiusque successorum.

In ecclesia sunt qui iure divino imperant, et qui obedire tenentur.

Quia Christus ecclesiam instituit, divinis et sensibilibus signis, et sacramentis munivit. Petrum suum Vicarium, et Apostolos deputavit divina virtute roboratos, ut homines fidei praeceptis imbutos, legibus, praeceptis et poenis in officio continerent. Ecclesia, in Scripturis Sacris dicitur mons, civitas et lumen, quae omnia signa visibilem Ecclesiam demonstrant.

In Ecclesia adest cathedra infallibilis veritatis: Ecclesiae divinitus commissum fuit officium docendi: *docete omnes gentes; ut non deficiat fides tua; firmamentum veritatis* et ex conciliis patet.

Episcopis tamquam Apostolorum successoribus dictum est « *Euntes docete* ».

Ea tantum docere et praedicare possunt, quae ex Verbo Divino tradito vel scripto indubia acceperunt, et definita ab Ecclesia.

Ecclesiam docentem efformant, et definiendo dogmate moribusque componendis infallibilitate gaudent.

Ex primatu, quem summi Pontifices ex iure divino supra omnes tenent in universa Ecclesia, infertur.

Concilium Vaticanum: « Ipsi in B. Petro. . . infallibilitate pollere qua Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit, ideoque eiusmodi Romani Pontificis definitiones ex se irreformabiles esse ». Ex praxi Ecclesiae

quae semper obtemperavit summo Pontifici. Ratione, quia Pontifici ad recte regendam Ecclesiam infallibilitas est necessaria et Deus necessariis non deficit.

In quo vivit et viget Sacerdotium a Christo D. institutum, sanctum et regale, sempiternum, secundum virtutem insolubile.

Forma cultus externi a Deo data, vel ab Ecclesia approbata. Liturgia publicum ministerium sonat.

Quia Papa et S. Congregatio in hac re in toto orbe habet ordinariam et Apostolicam potestatem.

In Concilio Tridentino definitum reperimus: « Sed cum hoc oporteat ex delegatione, et non iure sibi proprio, nihil ex eo colligi potest contra supremam Summorum Pontificum auctoritatem ».

Missale, Breviarium, Martyrologium, Pontificale, Caeremoniale Episcoporum et Rituale.

De Legibus Ecclesiasticis.

A ligando vel legendo dicta quod subditos ligat, vel a subditis scripta legitur.

Est recta agendorum ratio a Superiore Christi fidelibus sibi subditis denuntiata cum voluntate eos perpetuo obligandi ad aliquod agendum vel omittendum.

A qua lege legum informatio petitur ut agnoscat quid recte, aut inique in singulis legibus statuatur.

Quia iuxta Augustinum, nostrum est, non de legibus, sed secundum leges iudicare.

S. Isidorus Hispalensis: Lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum patriae consuetudinem, loco temporique conveniens.

Ecclesia est templum

Officium Pontificum et Sacerdotum a Liturgia dirigitur, quae definiri potest

Solus Papa in universa Ecclesia Liturgiam moderatur per se vel per S. Congregationem Rituum.

Episcopi independentes a Papa vel a S. Congregatione Liturgiam mutare, aut novam instituire non possunt.

Praecipui libri liturgici sunt

Lex ecclesiastica sive Constitutio

Lex ecclesiastica

Lex debet esse legi naturali conformis.

Legitime lata lex praesumitur legi naturali conformis.

Lex debet esse iusta.